



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.

Huth, Adam

Augustæ Vindelicorum, 1732

10. De his qui filios occiderunt

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

Q. 3. Qui intelligantur per rebaptizantes
reiterantes baptismum, & qua pœna iterantium
ptisma? Resp. 1. Intelliguntur ii per rebaptizantes
res, qui semel ritè & absolute baptizatos scienter
sapius, quàm semel baptizant, & hinc *Abaptizata*
ptista dicuntur, De similibus agitur in *can. 112.*
dist. 4. de Consecr.

Resp. 2. De *Jure Civ.* rebaptizans, & rebaptizatus scilicet scienter afficiuntur ultimo supplicio
L. 1. & 2. Cod. ne sanct. bapt. iter. neque gaudent immunitate, quâ tolerati in Germania. *Jure Canonico* rebaptizans, rebaptizatus, omnesque in eo officio ministrantes irregularitates incurrunt. *c. 2. h. t.* non tamen si iterum aliud Sacramentum, v. g. Confirmationis, qua irregularitas non incurritur, nisi in *jure expulsi.* Deinde si fuerit Clericus, punitur depositione, si fuerit laicus, excommunicatione ferenda *can. 118. dist. 4. de Consecr.*

TITULUS X.

De his, qui filios occiderunt,

Q. 1. Quinam comprehendantur hoc titulo? Resp. Tametsi hoc titulo juxta ejus rationem solum agi videatur de iis, qui filios occiderunt postquam in prioribus actum erat de crimine contra religionem & cultum divino immediate adveniens, veniunt tamen parricidæ omnes ratione propriè quàm impropriè dicti. *Parricida proprie dicti*

dictus est, non tantum, qui patrem vel matrem occidit, juxta *L. 1. ff. ad Leg. Pompej. de parricid.* sed etiam, qui vel avum aut aviam, aliosve ascendentes, aut contra, qui filios, vel nepotes ex filio aut filia, aliosque descendentes in lineâ rectâ occidit. *Parricida* improprie dictus est, qui occidit consanguineum collateralem usque ad quartum gradum. *L. cit.*

Q. 2. Quanam sit pœna parricidii? Resp. 1. De *Jure Civili* pœna parricidii improprie dicti est *Legis Cornel. de Sicar.* id est, gladius *L. 9. ff. ad Leg. Pomp. & Jus Palatin. p. 5. tit. 20. in fin.* pœna parricidii proprie talis olim erat pœna culei. *L. pen. ff. ad Leg. Pomp. L. un. C. de his qui fil. occid. §. 6. Inst. de publ. jud. juxta Const. Crim. Caroli V. ar. 131.* eidem successit, ut si mater (idem est de patre) occidat suam prolem, viva in terram defodiatur, palo per ejus corpus transfixo, vel ut aquâ suffocetur ad vitandam desperationem. Verum & hæc pœna usu sublata est, & aliæ successerunt, cum exasperatione tamen pro ratione circumstantiarum delicti. *Jure Palatinis* parricidium committentibus ad minimum rota, fœminis vel gladius vel suffocatio *l. cit.* dictatur pro circumstantiis cum vel sine exasperatione. De *Jure Canonico* pœnæ statutæ in *can. 15. caus. 33. q. 2. & c. 1. h. t.* solum habebant locum in foro conscientiæ, ut satisfieret Deo, sed neque nunc in usu amplius sunt. *Judex Ecclesiasticus* modò parricidam *Laicum* jurisdictioni suæ subiectum statim remittit

tit

ut judici sæculari, Clericum verò prius depofitum
& degradatum idem tradit Curiaẽ sæculari. *h. t. n. 5.*

Resp. 2. Fœmina, quæ procurat abortum
fœtûs animati, verè est rea parricidii, & puni-
de *Jure Civili* fecundùm antecederet dicitur
re Pal. p. 5. T. 21. suffocatione, vel etiam
gâ gladii punitur. *Jure Ecclesiastico* juxta
Sixti V. *Ad effranatam* (quam Gregor. XI
in Const. *Sedes Apostolica* nonnifi quoad ab-
tionem ab Excommunicatione. & quoad pro-
curantes abortum fœtûs necdum animati in-
gavit) directè vel indirectè, per se vel per alios
quocunque modo ad abortum cooperantes in-
currunt pœnas omnes quocunque jure
homicidas; quas refert *Leur. h. t. Q. 217. 1.*
Cui pœna subjaceant parentes, qui in eodem
cum lecto proles collocant, easque sine dolo-
lo, non tamen sine culpa opprimunt. *videtur*
idem *Q. 216.*

TITULUS. XI.

De infantibus & languidis expo-
sitis.

Q. 1. Quinam intelligantur per *infantes*
guidos expositos? *Resp. 1.* Intelliguntur
per *infantes* liberi recenter nati vel septuaginta
nores, qui à parentibus, vel aliis, cum con-
suetudine, scientiâ, aut ratihabitione parentum